

Dicendi libertas contra Gubernatores extitit.

111 Ex experientia quidem competiffimum habeatur hanc dicendi libertatem, quam communiter Concionatores in ore habent, & qua maxime gloriantur, parum esse proficuum; immo & exitiosam frequentia experientia demonstrant. Circa quod D. Ignatius Parens in libro vere aureo, vere diuino, exercitiorum circa finem in Regulis seruandis, vt cum Orthodoxa Ecclesia vere sentiamus. Reg. 10. ita scribit: licet autem non reperatur ubique ea, que deberet esse, morum integritas si quis tamen, vel in publica concione, vel in populari commercio, ipsi obloquitur, generat potius damnam, quam aliquid afferat remedium; aut vilitatis; cum nihil aliud sequatur; nisi exasperatio, & obiectatio populi aduersus Principes, ac Pastores suos. Temperandum est igitur ab isto inuictuarum genere. Sic ille: Pro quo & D. Isidorus Pelusiota citato libro, Epistolae, ita loquitur: Scio me per sepe mihi ipsi huiusmodi quoddam consilium praebuisse: O Isidore, quoniam res magna magnis periculis confici solent, ea, que decet loquendi libertate vteris; fortassis erubescens es, qui in peccatis erubescere minime noruit. Ac quidem forsasse aliquid effuies; in autem aliquid etiam inuicendi pataris; cum Propheta, & Apostolis atque alijs sanctis viris patieris, cum quibus tibi, qui vnus de vulgo es, optandum est etiam si non in virtutibus at certe in peccatis numerari. Verum ad hunc modum contra mihi ipsi respondi. Alijs quidem in rebus praclare loqueris ac tibi morem gerere paratus sum; at quoniam pacto libere loqueris? etc.

P. Sacchini.

112 Quod equidem non minus graui, quam elegantia sententia claudendum P. Francisci Sacchini Parte 4. Historia Societatis lib. 3. num. 156. & seqq. ubi ita scribit post turbulentias occasione Concionatoris cuiusdam enarratas: Ceterum hominum sub obedientia viuentium haud dubium peccatum est, ubi in rebus adeo gratis, non interrogatis Moderatoribus suo velliscantur arbitrio: praesertim cum vnius hominis conatus, vt nunc sese habent humane res, multum habeat strepitus, momenti parum: atque instar eorum medicamentorum, que vitiatis corporum humores excitant, non egerunt; longe magis obfist, quam profunt. Eam ob rem Societas, que in turbulento rerum mortaliu, quasi oceano, opem, si possit, naufragantibus allatura versatur; summopere abstineat necesse est abijs attractandis, a quibus plus ulceris faciat, quam medicina. Quod, Deo aspirante, excubantibusque Moderatoribus, diligentissime totum corpus custodiat. Quamquam vt nequis vnquam de tanto numero, siue prudens, siue imprudens committat, dum hac infirmitate circumdamur, optandum magis, quam sperandum est, & potius, quod non crebro eueniant scandala, quam quod aliquando eueniant, admirandum. Sic ille.

Magistratus non debere circa hoc nimis esse delicatos.

113 Iuxta cuius cordatam animaduersionem, Magistratus non ita delicatis esse auribus debet, vt ex quouis imprudenti dicto, ad excitandas persecutionem tempestates moueantur, & indignationem in corpus Religionis accendere, contra cuius voluntatem membrum vnium, & frequenter non potius, insultauit. Prudenti dissimulatione melius quandoque res agitur, & decore consulitur eorum, quos reprehensionis acerbitas ulcerauit. Noui Praelatum, qui quadam die a Religioso pro concione molestus, & immodeste attractatus, sub vesperum ad Conuentum venit, & in cella Praelati exceptus, vocari ad se Concionatorem postulat, Venit ille, sua opinione plus accepturus; quam dederat. Sed verba-

ne acceptus, aliud valde diuersum, quam sperabat, audiuit. Laudauit Praelatus concionem, cum gratiarum actione, festum enim fuerat anniuersarii Consecrationis suae: adiecit tamen; Licet quod audire potui, sat mihi placuit, non potui tamen omnia, quod doleo; credo tamen alijs a me auditis fuisse simillima. Non mentitus ille sed amphibologia officiosa vsus; sicque prudentiam suam testationem reliquit; eo ad obstruendum os imprudenter locuti remedio vsus; quo potentius nullum potuisset eius nota sagacitas inuenire. Pro quo, & Saullis prudentia iam pridem succurrit, de qua sic 1. Reg. 10. v. 27. Filij vero Bethal dixerunt: Num saluare nos poterit iste? & despexerunt eum, & non astulerunt ei munera; ille vero dissimulabat se audire. Circa qua P. Gaspar Sancius ita scribit, elegantiam, grauitatem, & eruditionem accumulans. Est autem hoc documentum bis, qui praesunt, interdum valde necessarium, vt caeci sint ne videant, aut surdi ne audiant ea, in qua incerto quodam rerum articulo diris esset agendum; ita sane in suo Aenea, quem, & fortem ducem, & prudentissimum Imperatorem fingit, ait Maro Lib. 1. Eneid.

Praelati cuiusdam memorabile exemplum.

1. Reg. 10. v. 27. Saillus oportuna dissimulatio.

P Gaspar Sancius.

Vergilius.

Lib. 10. Epist. 8. Familiarum Ciceronis.

Magni Theodofii praclarum & dictum, & factum.

C A P V T XIV.

In iis, quae ad Academias spectant; qualiter delinquere sit obuium Indicos Auditores.

115 Vnt in Indiis auctoritate Pontificia, & Regia nobiles Academiae constitutae, ex quibus Lima, & Mexicana praecipuae, maiorum omnium facultatum habentes Professores. Aliae pro Philosophia tantum & Theologia in scholis Societatis Iesu: quas aliqui eo quod non ita vniuersales sint, Academias siue Vniuersitates non esse dicendas arbitrantur. Sed certe Consilium Regium Indiarum dubium omnem circa hoc videtur exemisse, dum in sententia finali, quam pro Argentinensi Academia protulit,

Quae in Indis Academiae.

Assertio 1. Auditores debere iuris incorporationis absolute solvere.

116 Dico primò. Auditores Indici alibi Gradum consecuti, si in Corpus Vniuersitatis recipiantur, id omne debent quod alij soluere. Id patet: quia statuta Regia ita disponunt, & lucra sunt ex incorporatione ista non parua habituri: ergo debent quod alij, propter eandem rationem soluere: cum in statutis Regijs nequitiam inueniantur excepti.

Nec possit admittit remissione.

Dices: ob personarum dignitatem emolumentorum huiusmodi fieri remissionem. Sed contra: quia hoc est iam munera recipere ab iis, qui lites habere possunt: quod leges feruissime prohibent. Remissio enim debiti, donatio est. L. Si quis delegauerit. D. de donationibus. de quo Matienzis in lib. 5. Recopil. l. 3. Tit. 3. Glossa 2. num. 3. Propter quam rationem in Syndicatu a Visitatore docto, & exacto ita iudicatum. Praeterea remissio ista est inuoluntaria, sicut largitiones aliae, quae fieri iudicibus solent, vt diximus Tit. praeced. num. 27.

Ex usufructu remissio filio a patre, arguitur contra Assertio.

117 Potest tamen obici L. Cum oportet. §. In autem. C. de bonis, quae liberis, ex quo habetur filium, cui remissus est usufructus, non teneri in diuisione hereditatis eum conferre cum alij fratribus; & ita id tenent Doctores, viderique possunt P. Molina, Tom. 1. Diss. 8. §. secundus est & Pater Thomas Sancius: Lib. 6. de Matrimonio Diss. 4. num. 18. & etiam Tom. 1. Consiliorum lib. 1. Cap. 2. dub. 14. qui alios adducunt, & ea ratione ducuntur, quia ea remissio non est propria donatio, sed non vsurpatio de bonis filij, vt poterat fieri a patre; ergo similiter in nostro casu, in quo videtur esse maior ratio, quia is, qui incorporari intendit, absolute nihil ante incorporationem debet, sicut debetur usufructus, & ita minus est fundamentum ad rationem propriae donationis. Propter hoc videri alicui potest id non carere probabilitate; vnde ita a nonnullis, neq; indocentis quidem praedicatum. Quod & mihi placeret, si de omnino voluntaria remissione constaret; quod non ita frequentius accidit. Vnde & obligatio ad solutionem perfit; in quo tamen id obseruandum, quod de largitione munerum diximus. Cap. 2. & Tit. Praeced. Cap. 4.

Quid iuxta illud dicendum.

Assertio 2. Non possit assistentiu lucra leuare, si non assistant.

118 Dico secundo. Auditores nequeunt ea lucra leuare, quae assistentibus tantum sunt per Academiae leges destinata. Id planum: quia non est titulus ad illa, cum solus ex assistentia oriatur. Id quod euidenter constat in alijs; quibus non assistentibus nihil datur: atqui Auditores-priuilegiati non sunt: ergo nihil est illis tribuendum. Si dicas remissionem ab iis fieri, ad quos lucra pertinebant; de hoc iam dictum; quod neque hic habet fundamentum: nam lucrum tale assistentibus non semper accrescit, sed singulis sua est portionis taxa designata, vnde est propria donatio.

Assertio 3. In Gradibus si vnus non possit remissionem emolumentorum petere.

119 Dico tertio. Quando Auditorum filij Gradum maiorem accipiunt, nequeunt remissionem emolumentorum petere; immo neque admittit. Colligitur ex dictis. Nec est solidum effugium, si dicant remissionem illam non sibi fieri, sed filiis; nam neque filij recipere munera possunt, vt vidimus Titul. praecedenti n. 21.

Theſauri Indici. Tom. I.

ficut neque vxores, vt ibidem dictum, quae in huiusmodi negotiationibus solent sollicitudinem praecipuam adhibere, conuenticus maritis, & ignorationem simulantis, ac si Deus possit irrideri.

120 Dico quarto. Auditores grauiter peccare possunt in caulis reculationis suffragatorum ad cathedras, quae ad ipsos deuoluuntur, si pro affectu iudicent, vt vnus potius, quam alius cathedram assequatur. Hac certe die, qua haec scribo, oppositorum vnus cathedram amisit, quia ob reculationem ducenta & viginti illi suffragia defuerunt. Et id quidem rite, & recte factum non nego, cui de causis non constat, nec sunt animi iudicium manifesti. Rei solum istius momentum expendo. Equidem probatio suffragationis, quando praesertim Doctores in ea facultate est, pro qua certatur, qui viginti quatuor suffragia habet, & multoties qualitate: si videlicet Sacerdos sit; grauis poena est, & in graue etiam detrimentum oppositorum redundans; vnde probationes ad illam sufficientes meridianam luce clariore esse debent, vt num. 104. dictum manet; in huiusmodi autem oppositionum factionibus claritas esse tanta nequit; quia nullus contra eum, cui fauet, iurabit ita, vt securum possit reddere iudicantem. Ab aduersa autem partis fautoribus quomodo possit irrefragabile testimonium expectari? Nam vbi caput est suspectum, etiam illi, qui caput verosimiliter sequuntur, vt cum multis tradit Dom. Solorzano lib. 2. Cap. 24. num. 100. Iudicium ergo arbitrarium restat, & cum de poena, vt diximus, graui agatur, videtur in rei fauorem iudicandum, iuxta regulam iuris in §. 49. quae sic se habet; In penis benignior est interpretatio facienda. Quod ex alia communi doctrina conuincitur, iuxta quam testis non est integer, etiam cum in causa, quae eum principaliter non tangit, deponit, si aliquid commodum, vel interesse ex ea sperare possit: de quo Farinacius in Practica. Quae. 60 per totam, & alij adducti a Dom. Solorzano supra num. 98. item ex alia, quod domestici ad testificandum non admittuntur communiter, & rationem reddunt Scriptorum, quia erga dominum, vel Patrem Familias notam habent affectionem. Pro quo Auditores producit. P. Fragosus Tom. 1. pag. 659.

Assertio 4. De peccato in iudicio circa reculationem suffragationem.

Testes in huiusmodi causis vix posse integros reperiri.

Qui non sint integri reputandi.

Contra Ecclesiasticos ut queat in hoc iudicio procedi.

Non possit illas foris privilegio renuntiare.

121 Quando autem contra Ecclesiasticos in hoc iudicio procedatur, & suffragio priuentur, suam videtur difficultatem habere. Licet enim Regis auctoritate Vniuersitates fundentur, qui & stipendia professoribus suo ex patrimonio soluit, ac communia alia lucra: id tamen non videtur satis; quia ex eo non tollitur immunitas priuilegium, cui nec possunt Ecclesiastici renuntiare, cum in corpus Vniuersitatis cooptantur, per textus, & Doctores, quos adducit Diana Part. 1. Tract. 2. Resolus. 3. Nec sola Regia auctoritas est, quae in hoc negotio intercedit, cum Vniuersitates auctoritate Pontificia praecipue fundentur,

M

fundentur,

fundentur, & ita pro Indicis à Regibus noſtris Pontificia eſt Sedes exorata. Cum autem iuriſdictio Pontificia potius fit, ad illam potiùs ſpectat iudicium de cauſis ad eandem ſpectantibus, & præcipue cum de Eccleſiaſticis agitur, & ita Eccleſiaſtici Iudices deputandi.

122 Ad quod dici poteſt ex beneplacito Sedis Apoſtolicæ rem ita diſpoſitam, vnde Reſtor laicus alternà vice cum Eccleſiaſtico annuatim eligitur, qui & cauſas Academicorum iudicatur, & à quo ad Regiam Cancellariam prouocatur; ſi negotium iuſtitia fit, ſi verò ad Gubernationem ſpectet, ad Prorogem eſt ſatis prouocari. Non eſt autem inſoluitum vt Eccleſiaſtici aliquando apud laicos iudices conueniantur: ſic enim feudatarij apud dominum feudi cauſam dicunt, vt ex pluribus textibus, & auctoribus oſtendit Dom. Solorzanus Tom. 2. lib. 2. Cap. 5. num. 13. & Cap. 28. num. 15. & in Politicâ lib. 3. Cap. 6. §. y por el meſmo & Cap. 30. pag. 464. §. y lo meſmo. Et Dom. Felicianus à Vega in ſuis Relecionibus, variis in locis, ſed præſertim in Cap. Verum. 7. num. 1. & ſeqq. de foro competentil. Pro quo & alios adducit Diana Part. 2. Traſt. 1. Reſolut. 59. cum quadam limitatione. Et certè non videtur quomodo auctoritate Regià poſſint Gradus in Theologiâ, & ſacris Canonibus conferri; ſcilicet auctoritate Pontificiâ, & Regiâ, quibus in hac parte ſunt &c. Niſi ad hunc explanationis modum accurramus. Licet enim Doctores in iure Ciuili, Medicinâ, & naturali Philoſophia creati auctoritate Principis laici poſſint, vt tradunt Doctores in l. Deo auctore C. de veteri iure enucleando: in ſacroribus tamen facultatibus, ſolius Pontificis eſt, ad quod nec partialiter concurrere Princeps laicus poteſt, quia generale illud eſt, vt neq; partialiter poſſit ſe rebuſ ſacris commiſcere, cum poteſtas eius merè temporalis fit: vt ex iure ſacro conſtat, & auctoribus ita communiter atteſtatis. Fatendum ergo eſt Pontificium circa hoc beneplacitum extare, ob magnum Reipublicæ commodum, quod ex litterarum profeſſione conſequitur, & ita oportuiſſe Chriſtianos principes pro ſouendo illo ſpecialibus priuilegijs excitari. Non eſt ergo negotium hoc ad rationem illam reducendum, quod delinquant in officio, & ſic multari poſſunt, vt cum Zeballos tenet Dom. Villaroel. Part. 1. Quæſt. 1. Art. 8. n. 69.

Ex beneplacito Apoſtolicæ Sedis haberi.

Auctoritate Regiâ non poſſe Gratus in facultatibus ſacris conferri, ſecus in alijs.

Aſſertio 4. Academijs à Pontifice conceſſas non poſſe ab Audiit. ijs prohiberi.

123 Dico quartò. Academijs à Pontificibus in Scholis Religioſis conceſſas, nequeunt à Senatibus Indicis prohiberi. Id conſtat: quia ſupremæ nequit poteſtati reſiſti opportuna iubentii. Quod ſi quidquam obſtaret, id tantum eſſe poſſet, Bullas conceſſionis non fuiſſe in ſupremo Conſilio regiſtratas: atqui contrarium apparet in Bullis pro Societate conceſſis: regiſtrata enim ſunt, neque vllum ipsis impedimentum conſtitutum; nullo ergo pacto poteſt executio earum impediri. Cum præſertim executio adeò vtilis comprobetur; tum vt multorum pauperum, qui eximium in litteris fecere profectum, honori, & commodo conſulatur; tum etiam vt omnium vitæ, quæ aliunde venturi, & in ciuitatibus prædictis ob cœli aduerſam temperiem graues ſalutis iacturas frequentius patiuntur. Temperiem autem commodam pro Academijs

conquirendam bene oſtendit Beyerlinck in Theatro magno V. Academia. Tit. Quo ſoc. Qui Tit. Monaſteria eodem verbo, luculenter oſtendit, olim in Monaſterijs Academijs exiſtiſſe: & certè Bullis Pontificiis impedimentum apponeret, quo minus executioni mandentur, Doctores quamplures clamant contra Eccleſiaſticam eſſe libertatem, & in Bullâ Cœnæ ſub reſeruatâ Sedi Apoſtolicæ excommunicatione prohibitum, qui videri poſſunt apud Dianam Part. 1. Traſt. 2. Reſolutione 13. Quod ergo illi dixerint audientes etiam regiſtratis Bullis obſtacula ab inferioribus iudicibus opponi, in quo non iam Pontifici tantum, ſed & Regis manifeſtæ voluntati comperiuntur aduerſari? Quidquid ergo contradictionis ab vniuerſitatibus præcipuis occurrat, id minime curandum, quando cauſa boni communis in eo vertitur, & ad præſtandum obsequium diuinis, & humanis oraculis perurgentur. De Academijs iterum Titulo 20. num. 82. & ſeqq.

Bullâ Apoſtolicâ non poſſe impedimentum apponi iuxta Bullam Cœnæ.

Pro ſumptibus itineris quid dari ſoluitum.

CAPVT XV.

Circa Salarium, quæ Conſcientiæ onera eſſe poſſint in Regijs Auditoribus.

124 **E**ſt illud Regiâ quidem munificentia dignum, & opulentia Inducarum regionum conſonum, ne turpe aliquid contingat indigentiam perſuadere. Circa illud ergo ita diſpoſitum, vt non ſoluatur niſi poſt adeptam officijs poſſeſſionem, & laborem, in exercitio eiſdem exhibitum cõgruum temporibus. Pro itineris autem expenſis id dari ſtatutum, quod ſex menſibus ſeruitij reſponderet, quando ex Hiſpaniâ faciendum illud; quod ſi ex valde remotâ prouinciâ, ſuum etiam pro ſumptibus dari ſubſidium ſolet, Regiâ ſemper prouidentia miniſtrorum ſuorum commodo prouidente. Circa quæ

Aſſertio 1. Si mora aſſertata nihil leuari poſſe.

Quia eſt donatio ex cauſa. Et quid de illa.

Aſſertio 2. Obligatio reſtitutionis ob deſectum in miniſterio.

493. Sic loquentem: Qui operas ſuas in diem, aut in aliud tempus alicui locauit, fideliterque non laborarunt intra limites laboris ac curæ debite, ita quod prudentis arbitrio laborem inſimum iuſtum pro eo ſtipendio debitum non attingit; tenetur reſtituere conductori de ſtipendio pro rata eius laboris, atque operis, quod præſtare tenebatur, neque præſtari: immò verò tenetur etiam illi reſtituere, ſi quod aliud detrimentum etiam lucri ceſſantis inde ſubſectum conductori fuit, aut ad aliud ſimile. Sic ille pro ſe adducens, Nauarrum in Manuali Cap. 17. num. 196. concluditque ſic, Reſque ex ſe ſaris eſt perſpicua. Hac conſideratione quidam Regiæ Cancellariæ Argentinae Viſitator in officijs ſui exercitio indefectus aſſiſtens, à Religioſo ſchedulis Regiis, rationum libris, & diuerſis ad negotia ſpectantibus instrumentis immerſus, cum fuiſſet inuentus, illeque vrbane de laboris aſſiduitate ipſum corripiſſet, reſpondit; Quid faciam? Operarius Regis ſum ad onera iſta conductus, cui fideliter operas meas conor impendere, & ſicut aly hõgore, aut ſuâ pondus diei, & eſtus portantes mercedem accipiunt, ſic & ego meam, quam non merebor aliter, ſtudeo comparare. Sic ille laborator fidelis, cuius tamen labor æmulantium calumnijs inſelicis eſt exitu conſummatus. Videant ergo Auditores an eorum labores inſimum ſaltem gradum attingant, nec ne, prudentis arbitrio, alterius inquam, qui ſine paſſione iudicat: & iuxta id conſcientiæ ſuæ grauamen agnoſcant, idque præſtent oportune, quod non præſtitifſe ſerò incipiant poenitere.

Fidelis Miniſtri reſponſum.

Aſſertio 3. Ob miniſterium officio annexum non poſſe ſalarij augmentũ exquiri.

Aſſertio 4. Remotus ab officijs exercitio ſine culpa, ſalarium percipere poſſe.

quia cum nihil ex informatione contra Auditorem reſulteret, non illius culpa, ſed alterius, qui calumnioſè egit, ab officio fuit remotus. Vbi ergo culpa non eſt, neque etiam poena eſſe debet, iuxta regulam vulgarem: ſine culpa, niſi ſubſiſſe cauſa, non eſt aliquis puniendus. 23. in Sexto. Cui & addenda 41. ibidem: Imputari non debet ei, per quem non ſtat; ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. Sic ægotanti Senatori integrè ſalarium ſoluitur in Indijs ex ſpeciali reſcripto, de quo Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 33. & P. Fragoſus num. 61. quia ſcilicet non ſeruire, culpa ipſius nequit imputari.

Quia de remoto obſiſſionem, & abſoluto.

128 Secus autem eſſe quando quis ob ſuſpicionem culpæ remouetur, doctrina eſt Baldi, & Surdi, quos adducit citatus Auctor num. 67. quamvis abſolutus euadat ex regula notiſſima, qui non laborat, non manducet. Sed hoc videtur accipiendum, quando Auditor cauſam dedit ſuſpicioni, ſine circumſpectione procedens; ſi enim ſuſpicio ex malevolentia aliorum orta fit, non eſt propter illam puniendus, iuxta nuper dicta t & quidem cum ſuſpicio non eſt, integrum ſalarium debet ſolui: ſi ergo ob ſuſpicionem negatur, ergo iam priuatio iſta non eſt ex eo tantum, quod non ſeruerit, cum non ſeruenti etiam detur, quando ſuſpicio deſuit, & ita erit poena ſuſpicionis: atqui ſuſpicio nullam ex parte eius ſuppõnit culpam, ergo nec inſiſſi poena illi dicta poteſt. L. Capitulum D. de penis. & L. Aliud eſt fraus. D. de Verborum ſignificat. Qui diſcurſus videtur euidentis. Immo videtur non quamlibet ſuſpicionis cauſam ab Auditore datam ad priuationem iſtam ſufficere, ſed grauem ſeu momenti magni: leuis namque non eſt graui poena punienda; cum culpa, & poena proportionari debeant, ex communi omnium ſententia; ſed hoc ſequentem prouocat quaſtionem.

CAPVT XVI.

Auditores Indici an peccent ſine Licentia Regis matrimonium intra Prouinciâs contrahentes, vbi quædam alia circa illud.

§. I.

Licita eſſe ſtatuitur.

129 **A** Cæſareo iure prohibito iſta deſcendit, quæ & legibus eſt Hiſpaniæ ſtabilita, ac pro Indijs ſpecialiſſimæ illæ ſunt, de quibus Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 60. & 61. & in Politicâ lib. 5. Cap. 9. Quibus licet diſpenſationis omnis præcadatur ſpes ob grauiã inconuenientia, quæ ex matrimonijs iſtis emergunt, iam tamen eſt rigor ille plus nimio mitigatus; & in Prætorio hoc Limano maior Auditorum pars, indulto Regio porita, ob pecuniarium ſeruitium quod vocant, quo inconuenientia omnia adeò exagerrata legibus deorantur. Quod quidem malum, quæ lege caret neceſſitas tolerabile reddit, ex doctrina Matienzi in Traſtatu manuſcripto de

Leges matrimonium prohibentes, & earum diſpenſatio, atque inconuenientia diſpenſationis.